## In Festo Nativitatis Beata Mariæ Virginis.
## Benedictio seminum et segetum.

**V.** Adiutórium nostrum ✠ in nómine Dómini.

**R.** Qui fecit cælum et terram.

**V.** Dominus vobiscum.

**R.** _ Et cum duchu tuo.

ORACJA

**Orémus.**

Dómine, sancte Pater, omnípotens sempitérne Deus, pétimus ac rogámus, ut hos fructus ségetum ac séminum tuis serénis óculis, hilaríque vultu aspícere dignéris: et sicut testátus es Móysi fámulo tuo in terra Ægýpti, dicens: Dic f íliis Izrael, cum ingréssi fúerint terram promissiónis , quam eis dabo, ut primítias frúctuum suórum ófferant sacerdótius, et erunt benedícti; sic et nos rogámus te, Dómine, ut per auxílium misericórdiae tuæ emíttas super hunc fructum ségetum déxteræ tuæ bene ✠ díctionem, quem ad exhibéndum proférre dignéris, ut non súbruat grando, nec äëris inundátio extérminet, sed semper incólu mis permáneat, propter ususm animárum et córporum, et ad bene abundántem et pleníssimam amturitátem perdúcere dignéris: Qui in Trinitá perfécta vivis et regans in sǽcula sæculórum.

**R.** Amen.

**Orémus.**

Omnípotens sempitérne Deus, caeléstis verbi seminátor et kultor, qui nostri cordis áream Spiritálibus rastris exérces:

adésto propítius précibus nostris, et super agros, quibus si fúerint sémina ínsita, tuam largam benedictiónem infúnde, ac ab eis omnem vim procellárum grá tia tuæ defensiónis avérte; ut omnis hic fructus et tua bene ✠ dictióne repleátur, et ad horrea sine impediménto pervéniat. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum: Panem vivum, qui de cælo descéndit et dat vitam et salútem mundo: et tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus per ómnia sǽcula sæculórum.

**R.** Amen.

**Et aspergantur aqua benedicta, et, si fieri potest, thurificentur.**

8 września, Narodzenia Najświętszej Maryi Panny. In Festo Nativitatis Beata Mariæ Virginis. Benedictio seminum et segetum.

https://swietatradycja.wordpress.com/2023/09/08/swieto-narodzenia-najswietszej-maryi-panny-lacinski-tekst-blogoslawienstwa-ziarna-na-zasiew/